

proſit; ſi enim hic laus quaeritur, illic remuneratio
 amittitur; **IUSTITENIO** mercedem non hic ſed in
 futurum recipiunt; futura merces, non praesens
 promittitur iuſtis; In caelo, non in terra merces pro-
 mittitur ſciſ; non enim ^{hic} expectandum, quod alibi debetur.
ECCĒ ACCĒPIſTI monſtra. data eſt tibi uiuendi norma;
 nulla te iam ignorantia a peccato excuſat, non eſt iam
 uitae neſcius, non eſt imprudens aut ignarus;
 legem quam debes ſequi diſpoſui. qualis debeas eſſe
 ſcripſi. cognitionem mandatorū habes; Jam ſciſ
 quid ſit recte uiuere, uide ne ultra offendas. uide
 ne deinceps bonum quod noſti diſpicias. uide ne quod
 legendum reſpicias. uiuendo contempnas; Donum ſcien-
 tiaē accepto retine. Imple opere quod didiciſti
 praeceptione; **GRATIAS AGO**. gratias refero.
 gratiarū actionē rependo. actionis gratiarū proſoluo.
 ago atq; habeo uberem tibi gratiam. quāſtas ualeo
 gratias celebros. quantas proueribus poſſum gratias
 ago; multas ſunt a te mihi conſeſſa. multa conlata.
 multas ſpeciali miſeratione largita.
OMNIA mihi placent. omnia grata ſunt. omnia
 inſiderunt animo. omnia me blandiunt. omnia
 me oblectant; **QUA** uigilatur ſatis ſactionē proſol-
 uam. quam remunerationē rependam. quid conpen-
 ſare poſſum doniſtuis. niſi ut tuis praeceptis utar;
 tibi ſemper obtemperem. tibi paream. tibi iubenti
 obidiam. **TUES ENIO** dux uitae. tu magiſtra
 uiſitatis. tu eſt quāquam regulam in dicitur docet.